

LUDOVICVS BARBATVS DOMINVS THVRINGIAE ET HASSIAE.



**L**vdouicus insigni corporis & animi fortitudi  
ne præditus fuit. Itaq; Cæsar is Conradi castra  
secutus, in Italia & Vngaria magnā bellicæ rei pe-  
ritiam acquisiuit, atq; ordines ducens, sæpius ui-  
ctoriam reportauit. hinc factum ut apud Cesarem  
& imperij principes magnam authoritatē natus,  
ob suam seueritatē Barbatus dictus fuerit. Ut itaq;  
Cōradus sese tanto uiro gratū declararet, Bardoni  
præfuli Moguntino & uicinis principibus impe-  
riali authoritate commendauit, ut Ludouico in  
Thuringia & Hassia aliquam terræ partem guber-  
nandam attribuerent. id quod factū est, anno cīcī  
ter millesimo tricesimo. Itaq; Ludouicus eam di-  
tionem natus, magna prudentia gubernauit, atq; pietate & fortitudine pluri-  
mum auxit. Cum autem diu ijs in locis præfuisset, tandem moriens, suā regio-  
nē Ludouico filio administrandā reliquit. Huius herois posteritatem in tabu-  
la subiçiemus.